Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



firmitas religionis nre ire.

iustam

Preces colentiu deos.

Ritus xpianus diuinus a colentibus deos.

nor Si pereierit. summam consequitur glām q; pro duce suo mortem occubuerit: quanto magis impiorum oim deo fides seruanda est: qui non tantum viuentibus sed & mortuis pmiū pōt virtutis exoluere: Igitur dei cultus qui mihi celestis est: devotionem maximā fidemq; desiderat: Quō enim deus aut amabit colentem si ipse non ametur ab eo: aut pstabit precanti. q; quid orauerint: cum ad precandum nemo neq; ex animo neq; obsecrater accedat. Isti aut cum ad sacrificandum diss suos veniunt: nihil intimū: nihil proprium offerunt: non integritatem mentis. non reuerentiā. non timorem: Hinc ig utraq; sacrificia manibus omne religionem in templo & cum templo sicut inuenerant relinquunt nihilq; secū ex ea neq; affert neq; referunt. Inde est q; eius noīa religionem neq; bonos facere possunt neq; firmiora utiq; immutabiles esse. Traduuntur igitur ab his facile homines. Quia nihil ad uitam. ad sapientiam nihil ad fidem discitur: Quis est ēm ipsorum illorum deorum. que uis. que disciplina. que origo. que ritus. q; quod fundamentum. que sibi. quo tendit. aut quid pollicetur. aut ab homine possit fideliter seruari fortiterq; defendi: In qua nihil aliud video. q; ritus ad solos dignos pertinentem: Nostra vero religio eo firma est & solida est & immutabilis. Quia iustitiam: quia nobiscum semper est. Quia tota in animo colentis est: quia mentem ipsam pro sacrificio habet. Huic nihil exigit aliud: q; sanguis pecoris & fumus & inepta libatio: Hic bona mens. hic purum pectus. innocens uita. Illuc veniunt sine delectu adultere. impudice lene. procaces & obscene meretrices: Veniunt gladiatores fures venefici & precantur nihil aliud. q; ut scelera impune admittant. Quid ille latro sacrificans aut gladiator rogat: nisi ut occidant: Quid venenarius: nisi ut fallat: Quid meretrix: nisi ut plurimū peccet: Quid adultera nisi aut mortem uiri sui impudicitia celet: Quid lena nisi ut multos bonis exuat: Quid fur: nisi ut plura compilet: Hic vero & deum cogi peccato locus nullus est. & si quis ad sacrificium nō integra conscientia uenerit: audit: que illi deus minatur: Ille qui latebras cordis uidet: qui peccatis semper infestus est: qui exigit iustitiam: qui fidem petit: Quis hic male mentis aut male precibus locus est: At illi infelices nec ex celestibus suis intelligunt: q; malum sit: quod colunt: Cū quidem flagitiosissimis inquinati veniunt ad precandum. & se pie sacrificare opinantur: si centum luerint tamq; libidines intra pectus meditas ulli animo abluant. aut ulla maria purificent: Quanto satius est mente potius eleuare. eluere: que malis cupiditatibus sordidatur & uino uiriis aclauacro fidei uniuersa uitia depellere: Quod qui fecerit quoliber in quinatum acsordidum corpus gerat satis purus est: —